Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

AB AOVO

et parat urbem in iniquitate
Numquid non hec sunt a domino
exercituum. Laborabunt enim po
puli in multo igne et gentes in va
cuum et deficient quia impleb
tur terra ut cognoscat gloriam
domini dei quasi aque operien
tes mare. Ve qui potum dat am
co suo mittens fel suum mecum et
inebrians ut aspiciat nuditatem
suam repletus est ignominia p
gloria. Bibe tu quoque et sopire. Con
cundabit te calix dextere domini
et vomitus ignominie super gloriam
tuam quia iniquitas libani ope
riet te et vastitas animalium deter
rebit eos de sanguinibus hominis
et iniquitate terre et civitatis omi
nis habitantium in ea. Quid pro
dest sculptili quia sculpsit illud
fictor suus conflatile et imaginem
falsam quia speravit in figmento
fictor eius ut faceret simulachra
muta. Ve qui dicit lignio expgis
cere et surge lapidi tacenti. Num
quid ipse deus tacere poterit. Ecce
iste coopertus est auro et argento et
omnis spiritus non est in medio
eorum eius. Dominus autem in
templo sancto suo fileat a facie
eius omnis terra. III

Domine audiui. auditi
onem tuam et timui.
Domine opus tuum in
medio annorum uiuifica illud
In medio annorum notum facies
cum iratus fueris misericordie re
cordaberis. Deus ab austro ve
niet et sanctus de monte pharan.
Operuit celos gloria eius et lau
dis eius plena est terra. Splen
dor eius ut lux erit cornua in ma
nibus. Ibi abscondita est fortitu
do eius. ante faciem eius ibit mor.
Egredietur dyabolus ante pedes
eius. stetit et mensus est terram
aspexit et dissoluit gentes et con
tiui sunt montes seculi. Incur
uati sunt colles mundi. ab itinere
eternitatis eius. Pro iniquitate
uidi tentoria ethiopie turbabunt
pelles terre madian. Numquid in
fluuinibus iratus es domine aut
in fluuinibus furor tuus. uel indi
gnatio tua. Quia ascendet super
equos tuos et quadrige tue salua
tio. Suscitans suscitabis arcum
tuum. iuramenta tribubus que
locutus es. Fluuios scindes terre
uiderunt te aque et doluerunt mon
tes. burbes aquarum transiit.
Dedit abyssus uocem suam altu
do manus suas leuauit. Sol et
luna steterunt in habitaculo suo in lu
ce sagittarum tuarum ibunt in sple
dore fulgurantis hasta tue. In fre
mitu conculcabis terram et in fuy
re tuo obstupefacies gentes. Egres
sus es in salutem populi tui. in salute
cum christo tuo. Percussisti capud de
domo impii. denudasti fundamen
tum eius usque ad collum. Maledixi
sti sceptris eius capita bellatorum
eius uenientibus ut turbo ad disp
gendum me. Exultacio eorum si
cut eius qui deuorat pauperem in